



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 16. Quorumdam Doctorum oppositio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

„Postulo igitur I. ut nominentur Sæc. XVIII  
 „Deputati, qui expendant, qua ratio- A. C. 1729.  
 „ne, quibusve mediis, totum istud                       
 „gravissimum negotium tandem ali-  
 „quando finiri possit. „

„Postulo insuper II. ut inscribatur  
 „in Commentariis sacræ Facultatis  
 „Epistola Regia die quarta hujus Men-  
 „sis plenis in Comitibus lecta. „

## §. XVI.

*Quorundam Doctorum oppositio.*

Convenerant rursus Doctores die pri-  
 ma Decembris, eisque, quæ in ul-  
 timis comitiis conclusa fuissent, relectis,  
 circa Deputatos a Facultate nominan-  
 dos declararunt, per decretum Anno  
 1714. a S. Facultate die 5. & 10. Martii  
 latum, jam tunc in comitiis Constitu-  
 tionem *Unigenitus* fuisse receptam, De-  
 putatos autem Tournelyum, Calme-  
 lum, le Moyne, Favartium, Targ-  
 nyum, Drouynum, Bouquetum, Vi-  
 rotum, Nicolassium, Barrinum, Val-  
 lesium, & le Jeune esse nominandos,  
 qui expenderent, non quidem, utrum  
 a Facultate sit recepta hæc Constitutio,  
 quam utique S. Facultas a se receptam  
 fuisse profiteretur, & si opus foret, etiam-  
 num a se acceptari declararet, sed dun-  
 taxat, ut ponderent, qua faciliori via

Sæc. XVIII. A. C. 1720. reduci possent dissentientes ad unitatem & obsequium huic decreto Apostolico debitum, quod tum in Imperio Gallicano tum in Universa Ecclesia vim legis obtinet: Hi ergo, relata in commentarios Facultatis epistola Regia, quid desuper censerent, ad Facultatem referrent. His perceptis Magister Lagneau legentem interpellans, subjunxit, gravia rationum momenta obstare, quominus Facultatis conclusio circa receptam Constitutionem confirmaretur. Verum nulla hujus oppositionis habita ratione, Syndicus Conclusionis lectionem absolvi petiit; mox autem idem Magister, necnon Doctor La Croix alta voce inter alias rationes, ob quas hæc Conclusio non esset confirmanda, exposuit, obstare libellum quemdam supplicem, cui quidam Magistri subscripsissent, eumque Parlamento consignassent: ad hæc vero reposuit Syndicus, eorum, quæ non apparerent, ac si non essent, idem esse iudicium ac illorum, quæ nunquam exstitissent, ex rumoribus quidem publicis revera constare, ejusmodi libellum Senatui Parisiensi fuisse porrectum, sed eadem fama publica annuntiatum, illum non fuisse admissum, utrique tamen Doctori, si vellent, sese opponere, integrum fore, dummodo  
ambo

XXV.  
nita-  
Apo-  
perio  
vim  
com-  
egia,  
ulta-  
ister  
sub-  
ob-  
lusio  
nfir-  
posi-  
Con-  
nox  
ctor  
nes,  
con-  
lum  
Ma-  
arla-  
re-  
ap-  
esse  
iam  
dem  
li-  
rre-  
un-  
um,  
fese  
odo  
nbo

Sæc. XVIII.  
A. C. 1729.

ambo suæ oppositionis rationes scripto-  
tenus consignarent, ut Sacer Ordo de-  
super deliberare posset. Ad hoc au-  
tem conticuere omnes, excepto solo  
Magistro Magnodeto, qui ingenti vocis  
contentione exclamabat, se adversus  
hanc Facultatis Conclusionem insur-  
gere. Tumultuarium inde murmur  
exortum est aliorum cum assensu, alio-  
rum assentientes increpantium, quo-  
circa Syndicus postulavit, ut suo quis-  
que Ordine sensa sua promeret: Magnodetus tamen suam oppositionem hoc  
scripto declaravit: *Ego infra scriptus S. Facultatis Parisiensis Doctor Theologus accipiens cum debita reverentia Constitutionem UNIGENITUS intercedo nihilominus, ne Conclusio lata die octava mensis præteriti hodierna die confirmetur quoad illam partem, qua dicitur, constare illam Constitutionem acceptatam fuisse a S. Facultate die quinta Martii Anni 1714. propterea quod ipsa sacra Facultas postea declaraverit multis in Comitibus falsum esse illud Decretum. Datum die 1. Decembris 1729. Signatum, Magnodet.*

Postmodum Facultatis Decanus circa hanc oppositionem deliberari petiit, cumque Deputati suam relationem nondum paratam haberent, comitia ad diem decimam quintam Decem-

Sæc. XVIII. cembris prorogavit, interim vero Sacer  
A. C. 1729. Ordo hanc sententiam protulit:

*Sacra Facultas ratam habet Conclusio-  
nem latam die octava Mensis præteriti,  
eamque, nulla habita ratione intercessionis  
factæ a Magistro Magnodet, juxta suf-  
fragia nonaginta quatuor Magistrorum,  
ex centum & septem, qui suam dixere sen-  
tentiam, quindecim Magistris aliter & di-  
versa sentientibus, hac præsentis Conclusione  
confirmat, & solummodo Magistro Ma-  
gnodet, si petierit, concedendum esse censet  
Actum sui obsequii & observantiæ erga  
Constitutionem Unigenitus, quam a se  
scripto declaravit, acceptari.*

§. XVII.

*Relatio a Deputatis in pleno con-  
fessu facta.*

**D**ie præfixa in comitiis Tournelyus  
senior ex Deputatis exposuit, con-  
venisse sæpius Deputatos, remque  
fuisse sedulo ac mature a cunctis per-  
pensam, eorum etiam, quæ ad S. Or-  
dinem referenda censuissent, relatio-  
nem jam esse descriptam, se tamen,  
ob caligantes oculos hoc scriptum præ-  
legere haud posse, rogare igitur, ut  
Syndicus hanc in se provinciam susci-  
pere vellet: Hic ergo Tournelii merita  
pluri-